VERE' ENCYCLOPEDICO VIRO,

Quovis Elogio ſuperiori

Inter MINORES

MAXIMO:

Inter maximos

UNICO,

Orbis invidiæ.,

LUSITANIÆ ORNAMENTO,

Scientiarùm gloriæ,

FRANCISCANÆ FAMILIÆ DECORI

Plurimorùm eruditorum operùm Cedro,

Et Cœlo dignorum, queis aſſiduò ſudant Præla,

PATRI FÆCUNDISSIMO:

Qui Apollinari Vena

GALLICA LILIA

Rigavit:

Qui Caſtaliis poculis

FLUENTA TIBRIDIS

Adauxit:

Cujus ſtudiis in ſacræ Paginæ ſcrutandis myſteriis
Exiſtunt

LYRÆ:

Cujus profunditate in altâ Theologiæ meditatione
Animantur

SCOTI:

Cujus mentis acumine in Philoſophiæ Labyrinto
Reſurgunt

BACONII:

Cujus lucubrationibus in occulta rerum ſcrutatione
Renaſcuntur

LULLII:

Cujùs facundiâ, zelo, & profunditate myſteriorum in ſacro
Concionatoris munere
Reviviſcunt

BONAVENTURÆ

Cujus denique memoriâ infalibili, facilitate mirabili
In carminibus pangendis
MACEDI
Transformantur:
MAIORA PAUCIS DICAM
Reverendiſſimo Patri
FR. JOANNI A' DOMINÂ NOSTRÂ
Seraphicæ Religionis
Algarbiorum Provinciæ
CHRONOLOGO EXACTISSIMO,
Sanctæ Inquiſitionis
CENSORI PRUDENTISSIMO
EMINENTISSIMO DOMINO D. THOMÆ I.
CARDINALI PATRIARCHÆ
Domino ſuo
AUREAM STATUAM
Erigenti
Offert
HÆC EPIGRAMMATA

STruxiſti Thomæ ſimulacrum inſigne verendo,
O' Vir Luſiaci gloria rara ſoli.
ÆTERNAM hâc STATUAM maturâ mẽte vocaſti,
Victuramque ævi tempus in omne vices.
Crede, perennis erit; ventura in ſæcula vivet,
Nam ſtabit Famæ ſemper in *Æde* tuæ.

SEptem olim ſteterat ſapientia nixa columnis,
Ut nullo poſſet turbine quaſſa rui.
At nunc, ut maneat ventura in ſæcula firma
Jam STATUA in toto ſufficit Orbe tua.

FRANCISCUS JOSEPH FREIRE.

613,1

RESPONSIO
HUIC
IPSO
FRANCISCO JOSEPHO FREIRE
VIRO OMNISCIO
IN VIA ADOLESCENTIÆ
ULTRA DIFFICILIA SALOMONIS
QUINTO DIFFICILI

EPIGRAMMATA.

LAus mea ſit tua laus, Tu & Ego laudatus ab ipſo,
Sit mea Muſa tua, & laus tua laude mea.
Me laudante, tuo laus hæc exivit ab ore,
Os laudante tuum laus ſit ab ore meo.
Das mihi Tu, quod habes meritis, & laudibus ipſis,
Laudibus, & meritis hæc ego do que tuis.

COndiderim *Statuam* cum Thomæ jure nitentem,
Non patrare aliam mox fuit ergo mihi;
Si ratione meus ſenſus non iſte fuiſſet,
A' me erecta Tibi nunc foret hæc STATUA.

A Fr. Joanne à Domina Noſtra;

RESPONSIO
HUIC
IPSO
FRANCISCO JOSEPHO FREIRE
VIRO OMNISCIO
IN VIA ADOLESCENTIÆ
ULTRA DIFFICILIA SALOMONIS
QUINTO DIFFICILI
EPIGRAMMATA.

Laus mea ſit tua laus, Tu & Ego laudatus ab ipſo,
Sit mea Muſa tua, & laus tua laude mea.
Me laudante, tuo laus haec exivit ab ore,
Os laudante tuum laus ſit ab ore meo.
Das mihi Tu, quod habes meritis, & laudibus ipſis,
Laudibus, & meritis haec ego do que tuis.

Condiderim *Statuam* cum Thomae jure nitentem,
Non patrare aliam mox fuit ergo mihi;
Si ratione meus ſenſus non iſte fuiſſet,
A' me erecta Tibi nunc foret haec STATUA.

A Fr. Joanne à Domina Noſtra.